AUGUSTINUS
12. Jh.
Seite 70r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26123
Copyright: Admont, Benediktinerstift

maledicta qn̄ mane reuertebatur abethania in ciuitatem·
preter misit ea que marcus memorauit· uenisse ī ciuitatem
& uespe erisse· & mane cum transirent discipulos arborem
aridam fuisse mirati·s· & ei quod sēdo die gestum erat· quo
arbor maledicta ē ·adunxit illud quod tercio die gestū ē·
ariditatē eius miratos ēē discipulos· & de potentia fidei adnō
audisse· sic ea coniungens· ut nisi ex marci narratione cogam̄
intendere· ubi· & quid matheus preter miserit non possit
agnosci· Sum & dixisset matheus· & relictis illis abiit foras
extra ciuitatem in bethaniam ibiq; mansit· mane autem
reuertens in ciuitatem esuriit & uidens fici arborē unā sēc
uam· uenit ad eam· & nichil inuenit nisi folia tantū· &
ait illi· numquā ex te fructus nascatur in sempiternū· & are
facta ē continuo ficulnea· preter missis ceteris ad eundē die
principib̄ adunxit statim· Et uidentes discipli mirati sū
dicentes· quom̄ continuo aruit· Quod alio die uiderunt·
alio die mirati sunt· Intelliguntur autē non tunc aruisse
quando uiderunt· si continuo quo maledicta ē· Heq; enī
arescentem si penitus arefactam uiderunt· ac sic eā continuo
in uerbo dnī aruisse intellexerunt· Seqr̄ mathē & dicit·
Et cum uenisset in templum· accesserunt ad eum docentē
principes sacerdotū & seniores ppli dicentes· In qua potestate
hec facis· Et quis tibi dedit hanc potestatem· Respondit
ihc & dixit illis· Interrogabo & ego uos unū sermonē· quē
si dixeritis michi· & ego uobis dico in qua potestate hec facio·
B aperiemus uobis unde erat· & cetera usq; ad illud ubi ait· nec
ego dico uobis in qua potestate hec facio· Hoc totū & alij duo
marcus & lucas totidem pene uerbis explicauerī· nec in or